

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Adiutorium ac
cum fonte primo

Nemo non cum alteri prodest
sibi profuit.

Virtutum omnium pretium in ipsis est;
recte facti fecisse merces est.

Seneca LXXXII. epistola.

Nemo non, cum alteri prodest,
sibi profuit,

non eo nomine dico, quod volet adiuuare
adiutus, protegere defensus, quod bonum
exemplum circuitu ad facientem
revertitur (sicut mala exempla recidunt
in auctores nec ulla miseratio contingit
iis qui patiuntur iniurias quas posse fieri
faciendo docuerunt), sed quod
virtutum omnium pretium in ipsis est.
Non enim exercentur ad praemium:
recte facti fecisse merces est.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 81.19 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.268, ll.11-18).